141

Szore obligatio

Coram offtio et actis praesentibus castren capitan Branscen comparens personaliter Notis Valentinus olim Matthaei Szkodo Szaworonek sanus mente et corpore existens palam recognouit Quia Gnoso Stanislao Szore in Szaszowo haeredi et ipsius legitimis successoribus subditum suum haereditarium Nativum Laboriosum Gregorium in quarta parte mansi residentem pro suo interesse spectans sum area horto fundo censibus dierum laboribus et obedientia cuncta generaliterq cum omnibus utilitatibus fructibus proventibus nullis exceptis in summa viginti quatuor florenorum polon a festo Nativitatis sancti Joannis Baptistae ad aliud festum tentum in anno Millesimo sexcentesimo Quinquagesimo secundo et in defectu redemptionis de anno ad annum usq ad exemptionem obligauit inscripsit et inuadiauit sui iam exnunc Introductionem realem cum actuali et pacifica possessione per Ministerialem Regni Gnalem et Notes duos quosvis ad id fuerint conducendos dat et admittit submittitq se suis cum successoribus eundem tenutarium suum et eius posteros occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico quorum uis personarum propinquorum et demetorum tueri defendere euincere liberare intercedere iustificare solusq per se et per submissas personas non iniuriare sub vadio simili aliorum viginti quatuor florenorum polon. et coram offtio praesenti castren Branscen in primo citationis termino peremptoria responsione omnibus contraceptis exceptionibus allegationibus euasionibus dillationibus infirmitatibus aliisq quibusuis uersum iuris remedijs et defensis legalibusq impedimentis etiam de iure uadessibilibus se et suos successores uti abscribendo submissione sua totius suorumque successorum causae personali sua recognitione ad id accedente.

Radziszewski exemit

Coram offtio et actis praesen castren capitan Branscen comparens personaliter Notis Lucia Zybattowna relicta olim Notis Pauli Radziszewski nomine suo et Notis Bernardi filij sui minorennis a quo de rato et grato cauet ac se de bonis suis reformationi subiectis cum posteritate sua inscribit Quia sibi et eidem filio suo Nobilis Albertus olim Jacobi Radziszewski ex obligatione bonorum in haered Radziszewo Scieciech sitorum olim marito suo per ipsum inscripta viginti quatuor florenos polon persoluit ideo ipsum quietat inscriptionem cassat et de bonis exnunc condescendit personali sua recognitione ad id accedente.

Zawadzki Donatio

Coram offtio et actis praesentibus castren capitan Branscen comparens personaliter Notis Josephus olim Feliciani Zawadzki sanus mente et corpore existens palam recognouit Quia Quia Noti Laurentio olim Bartholomei Zawadzki et ipsius posteris bonorum suorum immobilium in haered Zawady sitorum in area tres sulcos a platea ad silvam ad Wyszki tendentes prout aliae areae extenduntur inter metas Notium Michaelis et eiusdem Laurentij iacentes sum agris pratis arboribus ibidem existentibus et omnibus utilitatibusq fructibus proventibus attinentibus et pertinentibus uniuersisq commodis pura mera sincera ac irreuocabili donatione dedit donauit inscripsit et resignauit perpetuis ac aeuiternis temporibus sui iam exnunc Introductionem realem

141